



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

LXXXIV. Das Capitel der Nicolaikirche zu Stendal bekundet, daß die von ihm für die Curie seines Scholasticus erworbene Hausstelle den bürgerlichen Lasten unterworfen bleiben soll, am 6. Dezember 1316.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

atque suorum Progenitorum et Successorum animarum Zelo ducti misericordie apponere curaverunt, que quidem Capella extra et Prope Civitatem Stendal predictam noscitur situata, et ut hujusmodi factum pietatis semper maneat inconvulsam, presentibus literis apponi iussimus nostrum sigillum ad gestu rei memoriam sempiternam. Testes ad hoc vocati sunt: Bartholdus Schenko, Redeco Mariscalcus, milites, Sloteko Prepositus Dyminenfis et alii fide digni. Datum Tangremunde, per manum Hermanni de Luchowe, Anno Domini Millefimo CCCXV, Sabbatho ante Dominicam Letare proximo.

Deßmann's Besch. a. a. D. Sp. 133. 134.

LXXXIV. Das Capitel der Nicolaiskirche zu Stendal befundet, daß die von ihm für die Curie seines Scholasticus erworbene Hausstelle den bürgerlichen Lasten unterworfen bleiben soll, am 6. Dezember 1316.

In nomine Domini Amen. Cum errorum mater oblivio gesta fidelium delectat seu gerenda, nisi linguis testium vel instrumentis publicis apercius perhennentur; Nos igitur Segervs, Dei gracia Stendaliensis ecclesie prepositus, Hinricus eadem miseratione Decanus, nec non totum ejusdem ecclesie capitulum tenore presencium recognoscimus publice protestantes, quod area illa, in qua quondam morabatur Conradus Fullo, dictus Carpentarius, que nunc applicata est ad curiam Domini Theodorici de Luderitz, ecclesie nostre Scholastici, debet ad jura civitatis sive ad collectam, que Scoth dicitur, et ad vigiliis tempore suo debitas et ad omnia jura, ad quod teneretur domus seu hereditas, que in predicta area locata esset, et ad que tenebatur domus, que prius sita erat in sepe dicta area, esse perpetuo obligata. In quorum evidenciam sigillum capituli nostri tenore presencium duximus appendendum. Datum Stendal, Anno Domini MCCCXVI, in die beati Nicolai Episcopi et confessoris.

Nach Lenz Br. Urk. S. 204. 205.

LXXXV. Markgraf Woldemar verzeignet dem St. Georgen-Hospital in Stendal Hebungen aus Steinfeld, am 10. November 1317.

Ad perpetuam rei memoriam. Nos Woldemarus, Dei gracia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, Recognoscimus publice in his scriptis, quod propter Deum, nostreque ac nostrum Progenitorum et successorum salutem animarum dedimus donacione libera Proprietatem quatuor Chororum siliginis in Villa Stenveld, qui quondam fuerunt Domini Henningi de Luderiz bone memorie, et quatuor Chororum et unius modii duri frumenti in Villa Dalem, qui quondam Dominis Vlaschmenger pertinebant, Domui Leproforum extra Civitatem nostram Stendalgen-

Gauptth. I. Bb. XV.